



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

10 de Venatione ferarum interdicta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

14. Magistratus per adulationem illicita permittens puniatur.  
 15. Laudans impium factam puniatur, ut corruptor. Et 16.  
 1. Venatio hominum, animaliumque est, ut in nostro libro 29. Syntax. art. mirab. cap. 2. ostendimus. Venari homines, nihil aliud est, quam decipere, & ita capere vel occidere, aut opprimere: & ita Nembroth robustus cepit esse venator, id est, oppressor coram domino, ca. fin. §. fin. 6. dist. Genes. 10. Et hæc venatio omnibus hominibus prohibita est, & crimen censetur merito: in principibus tyrannis est, in aliis vel homicidium vel iniuria, vel dolus, vel fraus, vel circumuentio. Hac autem voluntas Dei, ne quis supergrediatur, ne quis negotio circumueniat fratrem suum, 1. ad Thessa. 4. Iure ciuili quoque receptum, l. si maior in prin. & vers. item si doli. C. com. diuid. §. to. in de dolo. Talisq; venatio fit aperte, & clam, & hostili animo, & prætextu benevolentia: eoq; perniciosior est, quo prædatorie improuisus vel oblitus nocet Aculeus. ¶ Quis est venatio adulatorum, qui consuunt puluillos, ut ait Ezechiel, 13. ca. sunt nonnulli, 46. dist. sub omni cubio manus, & cervicalia sub capite tacentis ponunt, ut molliter quiescat. adulantur, adstipulantur, laudant, probant quæcunque, ut venentur sibi illorum gratia, & in se liberales & amicos reddant: cum tamen ipsi magis quæ illorum sunt, c. multi sunt, in fi. 1. q. 1. quam illos diligant, quantumuis aliud simulent. ¶ Concilium ¶ Carthaginense 4. clericis, qui huiusmodi venationibus, nempe adulationibus & proditiombus, vacare deprehenduntur, exauctorari iubet ab officio, ca. clericum qui, 46. dist. ¶ Adulatio, ¶ blandus est sermo. ca. ult. 43. dist. l. si quis alicui quod non habet, vel nimium bonum extollendo, vel vitium laudando, late hæc Plutar. explic. lib. de discrim. adulat. & amicitia. Verumque autem vitium est, sed illud maius, quod peccata pro virtutibus laudat: in quo non minus infert periculum lingua mētendo quam manibus sanguinem fundendo. Et melius est pro veritate pati supplicium, quam pro adulatione beneficium, c. nemo peritorum, 11. q. 3. ¶ Studium ¶ habet mendacium adulatio, lucri causa: alioquin enim si placendi tantum studio quis non probanda probet vel laudet, adulator non est, sed placidus seu incundus, ut ait Aristoteles, 2. Ethico. ad Nicoma. ca. 7. §. li. 4. c. 6. Fictam amicitiam habet adulatio, vnde apud Phocyonem ad Antipatrum adagium, ἡ δὲ βία καὶ μὴ ἐν φίλῳ γένηται φίλος, non potes me simul amice & adulate vti. Et Cicero, nullam in amicitia pestem esse posse maiorem adulatione, dixit, Cic. in Latio. Plato, in Phædro. adulatorem appellat bestiam, humano generi pestilentem: similemque dicit impuro demoni, incautos animos, sub noxæ voluntatis eca, continue forditus corporis inquinant. Horatius distinguit pulcherrima comparatione ab amico adulatorem, epist. lib. 1. ad Lolium, epist. 18.  
 Si bene tenent, meritis liberrime Lolli  
 Scurrantis speciem prebere, profusus amicium.  
 Vt matrona meretrici dispar erit, atq;  
 Discolor infido scurræ distabit amicus.  
 6. Plato ¶ alibi, in Menexeno, eundem adulatorem tam publicum quam priuatum, veneficis & præstigiatoribus ait esse similem, homicida & furem deteriorem, qui non pecunias solum, non ipsam corporis vitam tantum auferens, sed & sacrilegus rem sacram, iudicium animi & rationis, boni specie subducens, ita artificiosissime fallens, ut non in occultis dumtaxat, sed etiam in manifestissimis decipiat. Veluti, si cui adulator persuadeat eum nobilissimis parentibus ortum, cum ipse cui adulator sciat certissime quibus natus sit obscuris: sic de similibus. Amicitia in summa hæc infatuat, ut ait Seneca, lib. 8. Epist. epist. 60. & falsa pro veris credere iubet. Nam ut ait Iuuenalis, Satyr. 3.  
 Quid quod adulanti gens prudentissima, laudat  
 Sermone in docti, faciem deformis amici,  
 Et longum inuulsi collum, cervicalis aequat  
 Herculis, Anteaum procul a tellure tenentis.  
 Miratur vocem angustam, qua deterius nec  
 Ille sonat, quo mordetur gallina marito.  
 Clearchus Solensis, Athena. lib. 6. Dipnoli. c. 6. in summa, in scripto Gergythio, Eorum, inquit, quibus adulantur, mentes ita adulatione inflant, vacuasque faciunt ac inceptas, ut si sibi persuadeant, se omnes egregios, qui sunt apud illos facile posse superare. Venenum placidum adulatio est, & ideo eos, qui sibi maxime placent, facile decipit & inescat.  
 7. ¶ Perpetuum ¶ familiareque regum malum, qui libenter audiunt quæ volunt, & ita tamen se falli permittunt, ut ait Plutarchus, in vita Amilcar. sic enim vanas spes, & opiniones noxias

imbuunt, quas non nisi post cladem acceptam exuere possunt.  
 ¶ Maior ¶ pestis ex adulatione, quam ex vituperatione orti solet magisque adultores auerari oportet, quam reprehenses, D. Chrylost. Homil. 27. in c. 27. Math. Et præfaret ad coruosi potius, ut dicebat Diogenes, quam ad adultores, qui etiam ex hominibus viuis optimos quosque deuorant. Sicque Anaxillas dicebat, Athene. lib. 6. c. 6. nonnullos adultores, ut timeas, diuitibus adherere. Nam simplices mores inuadentes, hisque insidentes velantur, donec velati frumentum vacuum reliquerint: quod posteaquam factum est cortex, alterum mordent. Horum enim amicitia talis est, qualis parasitorum amicorum mensuram: utriusque enim fugiunt siccatis cadis, & ut musca cõiuiua, sic isti bona sequuntur, & quando ei gustat, & quæ illa, viuit & amicitia, ut ait Suidas, in verbo φιλο.  
 ¶ Nocentiores ¶ autem adulationes in publicis, quam priuatis personis & negotiis sit: & assentari & placita loqui consilio reipub. perniciem maximam illi infert, ut ait Demosthenes, 3. orat. in Philip. Apud Lucianum, in anthologia, eis κολακας, de his sic scriptum,  
 ἔδον ἐν ἀνθρώποις φιλίας χαλεπότερον ἔσαν,  
 ἀνθρώπων κολακῶν ἰσοδόμενον φιλίῳν.  
 ἔκδ' ἐστ' ὅς ἐστιν ἀποφασιστικὸν, ἀλλ' ἀμαρτῶν  
 ὅς φιλον, ἐν τῷ πλείονι διακρίνομεθα,  
 id est,  
 Nihil hominibus natura perniciosius inuenis,  
 Homine simulante veram amicitiam.  
 Quia cum non ut inimicum praeuicemus, imo diligentes  
 Ut amicum, in eo amplius ledimus.  
 ¶ Multa ¶ in adulationem & adultores refert Seneca, lib. 4. natural. 9. in prin. & lib. 4. Epist. epist. 31. quæ ad odium pertinere possunt palponum. Mores autem parasiti, ut quis facillius noxarum, depingit Terentianus Gnato, & qui adulari sibi velint, hoc modo,  
 Omnia habeo, nego, quicquam habeo, nihil cum est, nil desit tamen.  
 Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt,  
 Nec sunt: hos consector, hisce ego non paro me ut irrideant,  
 Sed his vitro ardeat, & eorum ingenia admiror simul.  
 Quicquid dicunt, laudo idcirco sumis negant, laudo id quoque:  
 Nego at quis, nego: ait, aio.  
 Postremo imperari egomet mihi,  
 Omnia assentari: is questus nunc est multo vberius.  
 ¶ Statuunt ¶ iura, fictis adulationibus extorta, restituenda esse militibus a focariis, l. 2. de donat. in. vir. & uxor. lib. 5. C. titu. 16. ¶ Et ¶ proprie istæ sunt captatorie voluntates, quæ aucupantur iudicia & liberalitates hominum, quæ improbantur in iure, l. captatorias, de heredi. institut. in. P. l. non est, de inoffic. testam. in P. ¶ Quamuis ¶ per blanditias, quæ affectionem quandam veram habent, vel officia quædam amicitia per se ostentant, donata, ea ratione non reocentur, l. fin. si quis aliquid test. prohib. lib. 6. C. tit. 44. l. si eo. tit. in P. l. affici. tit. de donat. in P. ¶ Neque ¶ CC. Arcadius 14 & Honorius, immunes a periculo pudoris haberi voluerunt ees magistratus, qui adulandi studio transgredi quæ sunt introducta permiserint, l. de sta. & imagi. lib. 1. C. tit. 27. ¶ Iure ¶ quoque, si quis eum seruus fuisset fugiturus, vel furum facturus, laudator præpositi eius existerit, tenetur de seruo corrupto: non enim, inquit Vlpianus, oportuit laudando augeri malitiam, l. §. sed vitium, de ser. corrup. lib. 11. P. tit. 4. ¶ Sunt ¶ ideo isti adultores merito suspecti cordatis hominibus, neque credunt istis collaudatoribus, qui omnes, ex quibus se sementem facere arbitrantur, laudant temere: & ut recte Martialis de Callistrato dixit, lib. 12. epi. 81. ita de illis sentiunt.  
 Ne laudes dignos, laudat Callistratus omnes,  
 Cui malus est nemo, quis bonus esse potest?  
 Et ut apud Euripidem Clytemnestra ait, in Iphigenia, in Aulide actus 3. versu 178.  
 αἰνέμανοι δ' οἱ ἀγαθοί, τὴν πρῶτον τινα  
 μισοῖν τὸς αἰνέτους, ἐὰν αἰνῶσι δέων, id est,  
 Probi viri cum laudantur, quodammodo solent  
 Odisse laudantes, si immoderatis laudauerint.  
 De Venatione ferarum interdicta.  
 C A P. 10.  
 1. Venatio animalium triplex, venatio, aucupium, piscatio.  
 2. Venatio libera, quæta, & inquietæ quæ, & quædam his prohibendis considerandam. §. 3.  
 4. Anima-

- 4 Animalia noxia satis & hominibus cum laude capiuntur.  
Et de quibusdam adoratis nem. 5. 6.
- 7 Venari licet omnibus bestias vastantes, ut lupos, vrsos, leones.
- 8 Venatio nobilibus cur permissa: plebeis qua, & quando permissa. 9. & 10.
- 11 Venari in alieno ne liceat quare.
- 12 Piscationes quibus, & in quo loco permissa, & earum leges a rege Franco prescripta.
- 13 Venatio omnis improbat a sanctis patribus.
- 14 Venatio quibus penis clericis interdicta.
- 15 Venandi modus licitum vel illicitum facit venationem.

**A**nimalium venatio triplex est quadrupedum. quae proprie venatio: auium, quae proprie aucupium: piscium, quae proprie piscatio. Ex quibus animalia in nullius ante dominio constituta, quae erentium & accipientium sunt, Paul. l. 1. & Caus. l. 3. de acquir. rer. dom. §. fere igitur bestias, de rer. diuis. ap. Justinian. quando permittitur venatio. §. Rursum, ferarum venatio quaedam libera, id est, ferarum in libertate naturali constitutarum: quaedam beliarum concludarum, arenaria, quae intra septa arenae fiebat, quaeve infamata, nisi virtutis causa fiat. c. infames, §. nam ut premittimus. 3. q. 7. l. 2. §. si de iis qui not. infra in P. l. ad bestias, de poe. P. l. 1. §. si de Senatus consulto, de post. P. §. Libera ferarum venatio, aut queta, aut clamore peracta seu inquieta. Queta piscatio est, tendiculae, declipulae: inquieta, quae excursionibus & retibus & canibus fit. In his omnibus permittendis vel prohibendis res seu animalia quae capiuntur, personas capientes, & modum capiendi consideramus.

4 Animalia quaedam sunt valde confitis, interdum & hominibus noxia & lethalia, quae expedit & necessarium est venari & capi. Quemadmodum Hortus Hioei filius, propter Heron filiam Oenopionis & nymphae Helices, insulam securam reddidit, quae feris multis erat referta, nimirum cum magnam praedam ferarum a se capturam pro eius dote obtulisset, ut ait Parthenius in Erotico. Sic laude dignus Theseus, qui Maratonium Taurum necauerit. Et Hercules, quod ceperit & occidit Nemeum Leonem. §. Ut contra feras venari, quae aliquo modo vitiles esse possunt reipublicae prohibitum erat: ut apud Aegyptios ibi cepisse vel occidisse capitale, eo quod illud animal serpentes noxios Aegyptiis, deuoret: ideoque illud inuocet, ut Elei Myiagram, muscarum multitudine pestilentiam adferente. Plin. lib. 10. c. 27. §. Honorius & Cesar occidendorum leonum cunctis facit potestatem. l. uni, de venat. ferar. lib. 16. C. tit. 4. 4. Et quamuis alibi, §. nemo, de pace tenenda & eius violat. lib. 2. feud. tit. 27. in iure prohibeatur tendere retia, & laqueos ad capiendas venationes: tamen vrsorum, aprorum, & leporum venandi causa licet. §. Personae & contemplan- dae etiam cum iis. Nam non omnibus venatio permissa. Licet militibus potissimum permittatur, tum ut ad bellum indurentur, laboribus assuefiant, & ad pericula inferenda & vitanda cautores reddantur. Xenoph. in Repub. Laconi: & in l. Cyriped. & in lib. de venat. Ath. in lib. 1. Dipnos. c. 20. nos plera lib. 29. Syntax. art. mirab. tum etiam vt otia vitent, quod maxime familiaritate hominibus. huiusmodi est: nihil enim fere aliud norunt, quam arma tractare, & laqueis pla quoque refugiant, vt necesse sit eorum animum aliquo negotio occupari, alioquin solet ex diuitiis & otio partus impiissimus generari. Sic enim narrat antiqui, Eurip. & Senec. in Hippolyto. Ouid. in epist. Phaedra Hippo. de Diana. Ouid. 2. Fastor. venationem ab Heroibus & nobilioribus, ingenuis: hominibus pertractatam, vt seminarium malorum declinare: cogitatio namque ferarum persequendarum quamdiu occupat & quodammodo replet animum, peregrinas alias pessimas cogitationes non admittit, non secus ac vas, quod plenum est, superiata & respuit.

5 Permissa ferarum venatio a Carolo IV. Ord. duroy Charles IV. sur la chaf. §. eius nominis Gallorum rex, omnibus etiam plebeis ius venationis, exceptis priuatis cuniculariis, cum canibus, auiibus, sine ea esset cunicularium, sine leporum: tendiculae tamen illis noctua vel interdum fieri prohibuit, vt feris magnis animalibus, nisi si qui hoc ius ab eo obtinissent. §. Venari etiam, non tendi retia nec venationes fieri phasianorum & perdicum ab aliis, quam nobilibus habentibus meram imperium, vel eorum permissu intra suam iurisdictionem. Prohibuit etiam nobilibus, nisi barones essent, vitos capere phasianos, vel alio modo quam praedatorio aucupio auium. Prohibuit plebeis, ne aues praedatorias venentur, nisi auctoritate regia vel cognitorum regionum. Franciscus etiam eius nominis primus, in consuetu. des chasses. anno 1373. die 6. Aug. artificibus, agricolis, & aliis plebeis non nobilibus, prohibuit o-

mnem venationem animalium, ne ab opere renouerentur, vagantique dare ut occasio, & incultae & steriles terre relinquerentur: cum potissimum ab earum cultura nec momento abesse debeant. l. 2. de nundin. in P. l. colonos, in 1. de agric. & cens. lib. 11. C. Eiusque notionem latrunculariorum, quos vocant prenozz de maref. banx, & eorum vicariis concessit edicto alio, consuet. ann. 1338. die 12. Ianua. & an. 1339. i. Iulii. Hasque constitutiones renouauit filius eius Henricus II. anno Dom. 1547. 16. August. Sequuta tamen postea prohibitionis interpretatio, Henric. II. in consuet. declaration de ceuz qui sont prohibez de schasse an. 1552. 5. Sep. non prohiberi venationem dominis rerum, sed eos in suis, puta pascuis, syluis, nemoribus, dumetisque; propriis posse venari, exceptis maioribus feris, rufis. §. Et certe hoc aequum etiam est, ne in alienis potissimum sine voluntate dominorum venari liceat, iis prohibentibus, l. 3. de acq. rer. dom. P. l. diuus Pius, de seru. rust. P. §. plane, de rer. diu. ap. Justinian. Prohibere autem videtur dominus ferarum venationem, si locum illarum concludat, nempe sylvam laepe, vel macerie, vel edificio iungat, si cunicularium exstruat, vel viuarium, vel columbarium. Sic enim notat Bart. in l. venationem, de vrsu. l. vrsu. in l. viuarium domini, §. si in viuaris, de vrsu. u. non licere in cuniculario alterius, vocant garenam, venari, vel in alterius saltu, sine voluntate domini. Et ita feruari ex consuetudine generali Delphinali, tradit Guid. Pap. q. 2. 18. Iure itaque prohibitum erit, aucupari iuxta columbaria columbos: nam & illi ferarum naturam exuisse videntur, dum animum redeundi habent, ad locum ubi concluduntur & nutriuntur. §. paunum, de rer. diu. l. naturalem, §. seruos, de acq. rer. do. P. l. 3. §. item feras, de acq. poss. P. Quid autem intencit inter salus, viuarium, garenam, seu cunicularia, habes glossam id explicantem, quam lege. glo. in Clem. ne in agro, §. porro, de sta. monach. apud Clem. §. Piscationes & autem omnibus permittuntur in mari: nam & si prohibeantur, iniuriarum nomine agi potest. l. 2. §. si quis in mari, ne quid in loc. publ. P. l. §. iniuriarum, de iniur. in P. Flumina, quae iuris publici sunt, eius quoque iuris sunt, vt omnes admittant, nisi alius prior occupauerit ripam & locum. l. fin. de vrsu. P. l. in tantum, de rer. diu. in P. §. flumina, eod. ap. Iustin. Consuetudo tamen in his locum obtinet praescripta, vt si quis in alicuius fluminis publici diuerticulo solus piscatus diu fuerit, conferuetur ei ius, possitque alium ne piscetur, prohibere, ut ait Martianus, l. si quisquam, 7. de diuers. §. temp. praescri. P. Potest & hoc ius rescripto concedi regio, l. fin. de fund. patrimo. lib. 11. C. quia & inter regalia iura, flumina publica sunt, §. 1. quae sunt rega. vide ibi Aluarotum. Vetat tamen regia Gallica constitutio Philippi Pulcri, in constitutio. publica. 129. i. ne quis priuatus Siphones, vocat chante pleures, vel fossas habeat, quibus aquam e flumine publico trahat. Statuiturque eadem constitutione, quibus temporibus abstineendum a piscatione, quibusque instrumentis sit vtendum.

¶ Sancti & patres venationem omnem alienam esse a Christianis, 15  
nec censent & scelus esse donare venatoribus, nec vllum fuisse vnquam sanctum venatorem, scilicet quo tempore sanctus, contra insignes faisse peccatores. Nem broth, & Elau, venatores. D. August. in P. l. 102. & in P. l. 103. D. Hieronymus, in P. l. 82. in ca. qui venatoribus in i. §. 2. c. qui vident, & c. Esau, c. amputatus, 86. dist. vide de Polytracum, lib. 1. de neg. curia. c. 4. Toleratur tamen venatio victus causa non clericis, & ob necessitatem. gl. 1. in d. c. qui venatoribus, 86. dist. ¶ Clericis & autem certe interdum proculdubio in- 14  
quieta omnis venatio, vel ea de causa aues praedatorias, can. l. ve nutritre ex concilio Aureliacensi. c. 1. & 2. de cler. vena. lib. 5. Decret. tit. 24. c. 1. ne cler. vel mon. secu. pat. lib. 3. Decret. tit. 50. c. quorundam, 34. dist. c. cum secundum, de censib. Monachis quoque, nisi victus causa, in propriis syluis, vel ubi ius venandi habeat, forte liceat: per alios tamen, quam per se. Clem. ne in agro dominico, §. porro, de sta. monachor. lib. 3. Cle. tit. 10. Proinde poena concilio d. c. Aureliacensi 4. implicita episcopis venatoribus, si moniti non desistant, suspensio per tres menses a communione: si presbyter, vt duob. si diaconus, ab omni officio suspendatur. d. c. 1. de vita & hon. cler. c. episcopum, & c. omnibus, 34. dist. Satis enim graue est videre destitutum perpetuo Dei seruitio vagantem, & clamantem feras persequi: si victus gratia, de ciborum delectu sollicitum: si lucri causa, pro loculis relinquere verbum Dei, & ministrare mensi: si voluptatis causa, crudelem nimum & horrendum, ex facultatibus ecclesiae ad usum pauperum conferuntur, c. aurum, 12. q. 2. cum sim. canes, aues, & nihili homines venatores nutriti: eum quereere delicias seculi, cui dictum sit a Deo: vade, vade omnia quae habes, da pauperibus. tolle cruce in tua, quotidie. D. Mast. c. 10. & c. 16. D. Mar. 8. D. Luc. c. 9. & c. 14. & sequere me. Gloss. quaedam in c. 1. de cler. venatio.

tamen dixit, venari posse clericos non tumultuosa venatione, veluti piscatione, quod verum est: legitimus enim sanctos piscatores, vt D. Petrum Hugo Cardinalis cum Angliæ & Scotiæ episcopis in Anglia synodum peregit, in qua præter cetera ordinatum, vt clericus, qui ceruos aut damas intra saltus occidisset, a profano iudice multaretur. *Polyd. Vergil. lib. 13. histo. Angli. § Postremo, §* in venationibus modus consideratur, nam in litoribus facere in itinere frequenter, & tendiculas ibi ponere, ad capiendas fetas nõ licet, nulla monitione præcedente, alioquin teneatur de damno dato carum occasione, *quis fontas. 28. ad leg. Aquil. lib. 9. P. tit. 2. aliter licet.* Nec licet noctu piscatoribus in littore maris ignem accendere, ne decipiantur nauæ, putantes ad portum se appellere. *Inc. piscatores. 10. de incen. rui. § nauis. lib. 47. P. tit. 9.* Constitutiones regie Phillipi Puleri, de quibus supra meminimus, certum piscatoribus imponunt modum, in instrumentis piscatoriis, in plagis, in tempore piscandi, in magnitudine piscium. Et alia quæq; constitutiones de venationibus editæ constituant, quibus instrumentis liceat, & nõ liceat venari, quæ ibi obseruare licebit.

De laruis, & personatis. Cap. 11.

- 1 *Larvas ferre vitium frequens Gallis. § quare.*
- 2 *Persona seu larua prohibita. 3. §. 6. 7. 8. § 11.*
- 4 *Histrioni vetatur sumere personam & vestes sacre virginis.*
- 9 *Persona seu larua permissa in festo matris, vt dicebant Deum. § 10.*
- 12 *Personam alterius agere publice, iniuriarum habet vindictam.*

**V**itium hoc & crimen familiare Gallis est, vt personam irreputant in ædes alienas, nolentes qui sint detegi, propria conscientia seipfos aperte nihil boni aucturos prodentes. Oriunturque ex illis laruis prope innumera scelerata, quæ magis cogitata sunt, quam explicari oporteat: qui enim male agit, odit lacem, & agnoscit non vult, & mentitur sæpe & faciem & sexum, vt solent fures, luxuriæ de diti,

*Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt. Juuen. Saty. 2.*

**I**tem & ii, qui nocere, iniuriam vel alius inferre desiderant. Prohibuit Franciscus I. eius nominis Galliarum rex, anno 1539. die nona Maii, ne quis armatus, potissimum laruatus, per itinera, ciuitates, oppida incederet proscriptioe bonorum indicta in eum, qui hoc attentasset, parte media ærario regio, altera delatori decretæ, & pena corporali & pecuniaria arbitrio iudicis relicta. Prohibuit & Senatus Parisiensis 15 Iulii anno 1551. Laruas has vendi, ferrive a quoquam. Idipsum quoque Tholose sæpe, saltem singulis Saturnalibus, quæ Christiani nomine tenentur exercere deprauata corruptela, ante ineuntes quadragesimæ dies repetitur tamè plerumque frustra, vt non loquendam non sit, eos qui prohibens, magistratus in quædam, quos alius præluere oportet, pernicioso exemplo viam facere. Videbit autem rex in posterum, si velit rempublicam fore, num iuuenes, qui his passionibus animique voluptatibus adhuc detinentur ridiculis & improbis, quibus clauum committit, possint serio graues reipublicæ lacrymas abstergere, & ruentem structuram imperii salutare & emendare. Verum ii diuites sunt & iuuenes: egeremus igitur probis pauperibus & senibus, quibus, quæ Deus prohibuit, exsequendi cura esset.

**P**rohibuit itaque Deus has laruas: *Ne mulier inquam vestem virilem, vir muliebrem induat, tanquam sibi abominabile.* *Deut. 22. c. si qua mulier in 2. 30. dist.* Hæc hilaritas effusa, quæ καὶ ἄσχετος Græcis, de qua postea, vitis non conuenit, vt Medemus conuulsi Antigonon, an luxuriosum conuiuium καὶ μὲν adiret, hoc solum illi tenentati iustitiam mentis regis te esse filium, *Dio. Laert. lib. 2.* Et Gregorius Nazianzenus *ἐὰν ἐπὶ καὶ μὲν κληθῆς, μὴ παύσῃς, ἢ ad comum* (vnde & nos deducere possumus *momoni*) *vo-*

**C**arum fueris, ne properes. **V**etatur iure, ne histrio personatus in scenam veniat cum vestibus sacris vel vestalium. *Imma. de episco. audien. C. §. fin. de episc. & cler. colla. 9.* In lege Langobardorum hoc inter iniurias plectitur: sic enim scriptum, *in fin. de eo qui in via ante stetit lib. leg. Langobard.* Si quis homini libero iniuriam fecerit, d. est. Gualapur, 80. solidos ei componat. Gualapur dicunt, dum tibi quis furcivum vestimentum induerit, aut tibi caput laterocinandi animo, aut faciem transfigurerit. Vocant Gallæ fæti personas has *mascas* & *mosmos*, quæ nomina vsq; se adeo horrida sunt & pernitiosa, vt mirer cur illi, qui se inter alios alicuius esse pretii, honoris, & dignitatis iactant, & arbitrantur, velint has indare. Mulcas vocant Langobardi caecæ demones illos nocturnos ephalatas & striges, & lamias quæ feruntur deuorare & necare infantes.

**S**ic f. n. audi legē illorum loquentem a Rhætario rege scriptā. *lin. de homicid. sermo. ministeria. vel aditium. lib. 1. leg. Langobar.* Nallus presumat Aldiam alienam vel ancillam, quasi strigam, quæ dicitur masca, occidere: quia Christianis membris nullatenus est credendum, nec possibile est, vt mulier hominem viuum possit inuiscus comedere. **G**raci f. autem *μῦθος* dicunt vituperationem, maculam, reprehensionem: vnde Lucianus fingit in Heremotimo quemdam dictum illi Deum Momum, qui reliquos suos deos iridet. Proinde isti irridendi causa, si se ita transformet, viderint, num Christiano digna sit sublatio: & num ipsi potius ridiculi & contemtibiles & impii reddantur. **L**ex f. capitale statuit in Anglia se Britannia, personas induere, vt refert Polyd. Vergilius, *lib. 5. de inuentor. rer. §* Videntur f. nostri paganos Romanos imitari, quibus festus dies erat sacrae matris vt vocabatur Deum, quo facere, imitari personamque induere, quælibet licebat: cuius oblatæ commoditate Materius volebat Cæsarem Commodum necare, sed detectus capitis penas luit. *Herodot. lib. 1.* Scribit & Dio Cassius, **S**aturnalia f. a feruis fieri solita habitu dominorum. **C**onstitutiones f. ecclesiasticae, laruas has & theatrales ludos, vt turpitudines & ludibria & corruptelas expellunt, *ca. cam de corem de vita & honest. cleric. apud Gregor. tit. de spectis in eccles. non. faciend. in pragmat. sanct. ex concilio Basiliensi.* negantq; factam communionem histrionibus & scenicis hominibus non penitentibus, qui hanc laruaem exercent imitationem, *c. pro dilectione, & cap. scenicis, de consecrat. dist. 2.* habitusque sunt turpes & infames eorum personarum, *l. 2. §. ait prætor, de iis qui not. infra. ca. 1. 4. 9. cap. 1. §. dist. & quæ exheredati ab honestis parentibus possint, §. causas, vt cum de aed. cog. in auth. §. Milcentur f. cum istis laruis ludicris interdum iniuriarum & contumeliarum causæ, dum alterius quis imitantur personam in publicum prodit, idque leges quocunque pantiunt: vt si quis vestem fordiam rei nomine in publico haberit, vel capillum submiserit. *Leuestem, 39. de iniur. P.* Moris enim erat Romanis seis submittere capillos, vt ait Plinius, *lib. 7. Epist. epist. Sura suo.**

De bonorum Decoctoribus.

CAP. 12.

- 1 *Decoctores bonorum catamidiari debent.*
- 2 *Comus, quæ a Deo habitus, eius f. s. f. & figura. 3. §. 4.*
- 5 *Commessantium & epulonum tristis quis exiit, & plana.*
- 6 *Decoctor bonorum infamis.*

**P**rodeunt f. ex superioribus proxime recensitis viuendi perditis vitis bonorum decoctiones, facili & leui via, ex procijs, luxuriosis & nepotibus perditis, otiosisque. & popinis gaudentibus: quare & illis crimen hoc impunitum esse non debet, qui bona a maioribus multo parua labore, & eum vitæ & animæ sæpe discrimine confumunt. Statuit Aduertans Cæsar merito decoctores bonorum suorum, si lux auctoritatis essent, catamidiari in amphiteatro & dimiti, vt auctor Spartianus, in *Adrian.*

**A**pod f. antiquos idolastræ καὶ μὲν, habitus Deus, & commessationum nocturnarumque saltationum præses, in cuius milita auctorabantur iuuenes, qui conotati noctu, cum facib. musicisque instrumentis, ad amicum fores, saltandi cantandiq; gratia concurrebant, procaciterque lasciuiebant, adeo vt fores nunquam confingerent, atq; irrumperent. Indicat id Aristophanes, in *Pinto*, dum ait, *Ἦρ' οὐκ εἰ ἐπὶ καὶ μὲν βασιλεὺς Χρ. ἀνεῖται, ἐξ ἀπορρηγοῦ τοι καὶ δὲ δ' ἔχρον πορεύεταί.* Et Xenophon in *Sympol.* ἔρχεται πρὸς αὐτοῖς ἐπὶ καὶ μὲν Συνακτιστοῦ ἀνθρώπου, ἔχοντες ἀλλήλοισιν ἀγαθὰ καὶ ὀχρησέμεν τὰν τὰ δὴ ματα δυναμένων ποιεῖν. Erat & festum ideo καὶ μὲν, quod magna eum hilaritate peragitur, tanquam a commessationibus in festo Bacchi, & ita καὶ μὲν ἐπὶ τῶν καμαστικῶν, interpretatur Eustathius apud Dionysium, *lib. de situ orbis.* dum is ait de Britannibus insulis loquens,

*ἀρχὴ ἡ νῆστων ἔτερος, πόρος ἐνδραγμαῖς ἀνδρῶν ἀντιπρὸς ἀλλήλων ἀμνησίων, ἐπιμένει τελευτῶν κατὰ τὴν μὲν ἐξ Βάκχου, ἐχόμεναί ποσὸ μετὰ τὸν καὶ μὲν κορυμβοῖς. ἐπιγίγναι, παταγίης ἢ κληροῦς, ἔθνη τὰ ἡχθ. ὄχρησται ὄρη κέως ἐπὶ νῆσσι ἀλλήλοισιν βισονίδες χαλῶσαν ἐκθεσμον ἐπερσιώτις, ἐδ' ἔθνη αὐτῶν μετὰ τὸν ἀνα γίγνηται ἰνδοὶ καὶ μὲν ἄγχαν ἐκθεσμον ἐπὶ διοῦσθαι ὅς κείνον κατὰ τὸν ἀνδραγίης γυμνασίων, id est, Iuxta item insularum alius tractus, ubi mulieres Hominum e regione illustrium Amistarum.*

Concilia.